

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Taciturnitas p
cum fontibus primis

Solon, cum aliis loquentibus taceret,
interrogatus utrum propter
inopiam uerborum an quod stultus esset
taceret, respondit: Nemo stultus tacere
potest.

Salon cum aliis loquentibus taceret,
interrogatus a Periandro, utrum propter
inopiam uerborum, an quod stultus esset,
taceret, respondit: Nemo stultus tacere
potest.

Pseudo-Caecilius Balbus, *De nugis
philosophorum*, 26, 4 (E. Woelfflin ed.,
p.28).

Cur igitur solus linguam cohibes?
Quia, inquit, dixisse me aliquando
penituit, tacuisse nunquam,

Quid? Xenocratis responsum quam
laudabile! cum maledico quorundam
sermoni summo silentio interesset,
uno ex iis quaerente
cur solus linguam suam cohiberet,
'quia dixisse me' inquit 'aliquando
paenituit, tacuisse nunquam.'

Valerius Maximus, *Facta et dicta
memorabilia*, 7.2.ext.6 (J. Briscoe ed.,
pp.446-7, ll.180-184).

iuxta illud:
Nam nulli tacuisse nocet, nocet esse
locutum.

Rumores fuge neu studeas nouus auctor
haberi; /
Nam nulli tacuisse nocet, nocet esse
locutum.

Valerius Maximus libro VII. de
memorabilibus dictis.

Marcus Portius Cato, *Disticha uel dicta
Catonis*, 1, 12 (E. Baehrens ed., p.218).